

15
EPISTOLA
AMICI AD AMICUM.

HALÆ SAXONUM JAM STUDIORUM GRATIA
VERSANTEM,
OCCASIONE DISSERTATIONUM DUARUM,
QUARUM ALTERAM

DE COMMENTITIA APANAGII ET PARAGII DISTINCTIONE IN ROMANIS, IMPERII PRINCIPATIBUS PRO-
FANIS ET COMITATIBUS.

PRÆSIDE

D. JOHANNE NICOLAO HERTIO,
J. U. D. ET PROFESSORE PRIMARIO.

GISSÆ XVII. OCTOBR. MDCCIX.
VENTILANDAM PROPOSUIT

ADOLPHUS CAROLUS BDES.
ALTERAM

VINDICIÆ DISTINCTIONIS
INTER PARAGIA ET APANAGIA.

PRÆSIDENTE

D. CHRISTIANO THOMASIO,

POTENT. REG. BORUSS. ET SEREN. DUC. SAXO-
NAUMB. CONSILIARIO INTIMO, PROF. JUR. ORD.

HALÆ XVII. DEC. MDCCX.

DEFENDIT

M. EPHRAIM GERHARD,
ADVOCATUS SAXO-VINARIENS.

EXARATA ELEUTHEROPOLI, D. IIX. FEBR.

A. R. S. MDCCX.

EPISTOLA
AMICI AD AMICUM

IN A PATRONOMIAM ET TITULUM GRATIA
VERGATUM
SOLUS DISSERTATIONUM SUIVUM
CUIUS ALIUM

DE COMMUNITATE APA
NACH DER AUSFÜHRUNG IN ROM
GEM. MITT. FÜR DEN PRO
FAM. COMITATUS

D. JOHANNES NICOLAUS
D. JOHANNES NICOLAUS
D. JOHANNES NICOLAUS

AD
D. JOHANNES NICOLAUS

VINDICIAE DISTINCTIONIS
INTELLECTUALIS ET ANAGM
PARVAE

DE CHRISTIANO O. THOMASIO
FUND. RES FORUM ET SUIVUM SUIV
SUIVUM SUIVUM SUIVUM SUIVUM
SUIVUM SUIVUM SUIVUM SUIVUM

DE
DE
DE
DE
DE



Amicorum optime!

Ccepi literas Tuas cum Dissertatione nuperrime apud Vos habita, cujus titulus est: *Vindiciæ distinctio- nis inter paragia & apanagia*, quas, Præside Domino Christiano Thomasio, Consiliario Borussico Intim. & Prof. Jur. Ord. pro gradu doctorali obtinendo, publico eruditorum examini submitit, M. Ephraim Gerhard, Advoc. Saxo-Vinariens., quam ob novitatem argumenti incunctanter & avide totam perlegi. Ut ut autem mihi districtè præceperis, ne utriusque nostrum Patrono, Amplissimo Hertio, eam exhiberem, non tamen potui in ea parte Tibi obsecundare, aut morem gerere; sed, qua primum licuit occasione, Virum, uti nosti, humanissimum, adii, ut quæ in dissertatione illa continerentur, Eidem summatim, & quam fieri posset placidè referrem. Quod cum fieret, petiit à me, ut sibi perlegendæ ejus copia tantum ad diem unum concederetur,

A 2

postero

postero die se quid sentiret, brevi sermone declaraturum. Altero die, cum ex jussu Eum reviderem, perlibenter haud dubiè audies quid Vir ille laudatissimus existimaverit. Primum agebat, minimas in Dissertatione sua *de Commentitiis apaganii & paragii distinctione &c.* Respondentis sui partes esse; eam se veritatis solius amore ductum scripsisse, ut novitatibus obstrueret: facile praesensisse, ante eam quam ederet, non paucorum se odia incursum, sed ea se minime veritum, quum veritati unice litasset. Quod igitur in Respondentem tot convitia, tot scurrilitates, tot calumniæ congestæ essent, id ad se quoque pertinere, & tamen apologiam se repositurum, procul ira, procul odio, procul affectu, etsi uterque aliud promeriti essent; Thomasius quidem, quod homini insanienti praesidium commodaverit; Respondenti, quod miser graculus literatorum gregi se immiscuerit, & ineptiarum tot auctorem se ultro professus fuerit. Semper enim sibi persuasum fuisse, foeda illa inter eruditos certamina foetus esse deformes animorum male moratorum. Addebat de Thomasio, quem hucusque inter praecipuos amicorum suorum numeraverit, se non

non mirari : at, quæ causæ commoverint hominem Silesium , Advocatum Saxo - Vinariensem, ut defensorem ageret Schilteri, ex cujus doctrina Serenissimus ejus Princeps in classem Paragiatorum detrudendus fuit, se ne cogitando quidem assequi posse. Non enim se credere, placere unquam regionis Domino posse, ut in numerum paragiatorum compingatur. Addebat porro, non dubitaturum se, Illustrem Thomassium, lecta apologia sua, quam publicaturus sit, manus daturum & mutaturum sententiam, quod toties atque toties jam fecerit, etiam in universali jurisprudentia. Hoc se candorem in Viro sibi æstimato interpretari: at alios, forte æmulos ac invidios, id ut signum accipere animi parum firmi, parumve solidi, ingenii in minimis quibusque fluctuantis, & ad nova quæque, qualiacunque se obtulerint, saltem ut Cymbalum mundi audiat, prurientis, cum ipsum Vertumni potius nomine insigniendum censerent. De Respondente subjiciebat: optare se, ut *l. 6. §. 1. C. de postul. attente ac prius legisset: signanter enim ibi Impp. AA. agant (Advocati) quod causa desiderat: temperarent se ab injuria.* Nam si quis adeo procax fuerit,

rit, ut non ratione, sed probis putet esse certandum, opinionis suae imminutionem patietur: nec enim con-
 niventia commodanda est, ut quisquam, negotio de-
 relicto, in adversarii sui contumeliam aut palam per-
 gat, aut subdole. Monere praeterea, ut discat la-
 tine scribere, vel meliores auctores, quam literas
 obscurorum virorum, legat. Deinde cerebrum
 purget, hoc enim, velut Augiae stabulum, remedio
 illo magis indigere, quam dissertationem, cujus op-
 pugnationem, homo, ut molliter dicam, vanus,
 suscepit. Studeat denique solidis rerum argu-
 mentis certare, non λογισμαρξεν: non argutiis, non
 sophisticationibus, non inanibus verborum ca-
 villis ludibriisve chartas implere. Haec & alia,
 quae exciderunt mihi, pleraque subridens & fere
 non commotus Patronus ille noster proferebat.
 Nunc volenti Tibi seriem scriptorum Ejus, quae
 intra breve tempus sub praelo sudabunt, indicabo,
 in tomos aliquot digerenda:

1. Notitia veteris Germania populorum. fere altero tanto
 auctior.
2. Notitia regni Francorum veteris, à prima ejus origine ad
 excessum usque Ludovici Pii. quae ultra alphabeta duo excurrit.
3. Commentatio de renovato Imperii & Regni Bohemia nexu.
4. De Origine & progressu specialium Germanici Imperii
 rerumpublicarum.


5. De


5. De Subjecto, h. e. differentiis personarum & rerum in specialibus Germanici Imperii rebus publ.
6. Dissertatio de jactitata vulgo Ordinis Cisterciensis libertate ac exemptione à superioritate & advocatia regionum in S. R. Imp. Minorum. altero tanto auctior.
7. De Commentitia apanagii & paragii distinctione in Rom. Germ. Imperii Principatibus profanis & Comitibus.
8. Bona fides in vindiciis de differentia apanagii à paragio nuper vulgatis, desiderata.
9. Commentatiuncula in Concordatum inter Imp. Henricum V. & Papam Calistum A. MCXXII.
10. Commentatiuncula in Guillelmi Ockam tractat. de potestate Imperatoris in causis matrimonialibus, dudum ante reformata sacra scriptum.
11. Commentatio de natura & Constitutione jurisprudentia feudalitatis praesertim Germanicae.
12. A. vetustus de beneficiis denuo recusatus ac collatus non tantum cum impresso ante seculum exemplari, sed & cum Codice membranaceo antiquiore, Accedunt notula ex historia Germanica.
13. Dissertatio de feudis ex dato & oblato mixtis.
14. Dissertatio de ecclesiis filiabus.
15. Epistola ad amicum, justas continens vindicias adversus nuperum Bibliotheca Juris Gentium Europea Editorem.
16. Dissertatio de Jurispr. cavente.
17. Dissert. de differentiis juris status naturalis & adventitii.
18. Dissert. de pluribus hominibus unam personam sustinentibus.
19. Dissertatio de fratris germani querela adversus quoscumque.
20. Dissertatio de servitute naturaliter constituta cum inter diversos populos tum inter ejusdem reip. cives.
21. Dissertatio de reservatione domini & hypotheca in re venditis.
22. Dissertatio de pignore conventionali tacito.
23. Dissertatio de differentiis pignoris generalis & specialis.
24. Dif-

24. *Dissertatio de pacto ne praestetur evictio.*
25. *Dissertatio de matrimonio instaurato & conscientia.*
26. *Dissertatio de apertura testamentorum.*
27. *Dissertatio de effectibus inventarii non confecti.*
28. *Dissertatio de probatione in possessorio, & hujus effectus quantum attinet fructus & litis expensas.*
29. *Dissertatio de praescriptione jurium per temporum intervalla renascentium.*
30. *Dissertatio de solutione pro alio facta.*
31. *Dissertatio de juribus ex pacto certo tempore inclusis.*
32. *Satura prima rerum qua ad jus spectant, singularium.*
33. *Satura secunda rerum, qua ad jus spectant, singularium.*
34. *Satura tertia rerum, que ad jus spectant, singularium.*
35. *Epidipnides paræmiarum juris Germanicarum.*

En catalogum eo ordine iisdemque verbis, eundem ut mecum communicavit bibliopola Francofurtensis : Existimabat ille, posse contingere, ut ipsis tomis hæc vel illa materia pro casuum temporumque varietate, adhuc infereretur. Sed hoc est, de quo ipsa editio nos docebit. Si quid est amplius, in quo aut studiis aut commodis Tuis possum inservire, scis me monendum esse, non rogandum. Deus O. M. ut generoso proposito Tuo prosperi adsint successus, duo Tibi præstet bonæ mentis auxilia, firmam valetudinem, & constantem fortunam. Scribebam festinanter Eleutheropoli
IIX. Februar. MDCCX.

TUUS EX ASSE.







EPISTOLA AMICI AD AMICUM.

HALÆ SAXONUM JAM STUDIORUM GRATIA
VERSANTEM,
OCCASIONE DISSERTATIONUM DUARUM,
QUARUM ALTERAM

DE COMMENTITIA APA-
GII ET PARAGII DISTINCTIONE IN ROM,
GERM, IMPERII PRINCIPATIBUS PRO-
FANIS ET COMITATIBUS.

PRÆSIDE

J. JOHANNE NICOLAO HERTIO,
J. U. D. ET PROFESSORE PRIMARIO.
GISSÆ XVII. OCTOBR. MDCCIX.
VENTILANDAM PROPOSUIT

ADOLPHUS CAROLUS BDES.
ALTERAM

VINDICIÆ DISTINCTIONIS
INTER PARAGIA ET APANAGIA.

PRÆSIDENTE

CHRISTIANO THOMASIO,
POTENT. REG. BORUSS. ET SEREN. DUC. SAXO-
NAUMB. CONSILIARIO INTIMO, PROF. JUR. ORD.

HALÆ XVII. DEC. MDCCX.
DEFENDIT

M. EPHRAIM GERHARD,
ADVOCATUS SAXO-VINARIENS.

EXARATA ELEUTHEROPOLI, D. IIX. FEBR.
A. R. S. MDCCX.